



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Cauenda quatenus sit omnis inuidia. Can. X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

Hæc tamē etiam excitat diabolus, vt dum his conaris resistere occupata, à gustu charitatis meæ remoreris, aut confternata his nimium, non audeas ad me accedere. Hęc facti diabolus, quia gaudet te scrupulis ac perturbationibus inuolui, ac fabricatum tuum impediri. Verum tu noli ad ea respicere, noli formidare, noli ijs responderi, noli repugnare, noli aduertere: imò quasi nihil senseris, quasi nihil in mentē venerit, immota in tua deuotione ac exercitio perge, & scedas has, omnes incidentias velut canum larratus, aut anserum sibilos, quibus neq; est respondendū, neque concertandum, prætereundo ac deridendo relinque. Ita faciendo, faciliter euadens, has obliuisceris. Porro si reniti, disputare, timere, respicere, auscultare, discuterēq; volueris, magis semper tuæ eas memoriæ imprimes, & magnæ simul te inuolues perturbationi. Nolunt enim pugnando, sed contemnendo vinci. Obserua etiam, ne tentatio quæuis importunitate ac repugnandi tactio te vincat. Hoc enim machinatur diabolus, vt quem astutia nequit fallere, quem delectatione non potest illicere, tam longa tentandi molestia vexet, donec improbitate actatio vincat.

Quocirca longanimitate, perseverantia ac patientia tibi opus est, vt sicut ea ipsa mala quæ contra honorem meum tibi ingeruntur, teiq; moliantur seducere, detestari debes: ita afflictio ipsa quam super te permitto, & providentia mea, qua volo vt molesta sentias, labor quoque repugnandi, quam in conflictu portare habes, non debent displicere aut fugi, sed propter me hæc debes patienter & sine murmure portare. Nec ignorandū est, si tentata fueris carnalibus, vt sunt gula & luxuria, hæc ipsa fugiēdo magis, quam conflictum cum illis ineundo posse superari: quem admodum è diuerso vitia spiritualia infestando, & contraria his agendo vincuntur. Superbia enim inde non fit infirmior, nec superabitur, si occasionem fugias te humiliandi, videlicet ne tentationem sentias illius superbiz, quæ humiliationem fugit. Sed si illam vis superare, insiste & ingere te vt humiliaris. Inuidiam quoque superabis, si velox importunāq; facias quod illa dissuadet, hoc est, si fratri loquaris, si seruias, si te humilies. Sic acediam, non fugiendo laborem diuinumq; cultum, nec ne iubearis operari te subtrahendo: sed ad opera te diuina aut virtuosa compellendo vinces.

Cauenda quatenus sit omnis inuidia.

CANON X.

CAue quam maximè potes inuidiā, ne alicui non faueas, ne illum minuas, ne illi te præferas, ne cōtristes, & ne de eius bonis, honoribus, laudibus aut profectu spirituali (si tibi præferatur) cōtristeris. Propter hanc tentationē vincendam filia, esto illi magis affabilis ac seruilis, & de eo absente nunquam loquaris, nunquam audias, nihilq; à te procedat vnquam in verbis, operibus, aut signis, quod inuidiam oleat, aut quod ex hac natura sit radice.

*Singularitas quænam cauenda: quænam item seruati
necessaria.*

CANON XI.

Remedium
aduersus
bi spiritus
impugna-
tiones.

Tentationes
quæ fugi
quæue iati-
stendo sup-
tentur.